quæ in corpore Iuris habentur: & illas quæ in die Cœnæ Domini promulgantur. Sed Pō tifex concedit dicto Priori poteſtatem abſol-uendi ab Excōmunicatione, quam ipſe reſer nare ſibi ſolet: ergo cum dixit, ab omni, nullā prorſus Excommunicationem excludit. Ar-gumentū ex capite. Solite, de Maiorit. & obe. 2. quia vt dicit Panormit. cap. Ex iniuncto de hære. nu. 5. priuilegium latiſsime eſt in-terpretandum in præiudicium ipſius concedē tis, hoc autem non fit, ſi dicamus quod prædi-ctum priuilegium extenditur ad abſoluendū ab Excōmunicatione Iuris, & non ab Excom municatione de Cœna Domini, ergo &c.

¶ Et quod Priores & Guardiani ordinū Mē dicantium gaudeant per communicationem hoc priuilegio, iam dictum eſt ſupra. Quo niam ſic conceſsit Leo. 10. Caietano, & Pau lus. 3. Et huiusmodi conceſsione Leonis. 10. & Pauli. 3. conſtat, quod Prouinciales & Generales ordinum Mendicantium poſſunt abſoluere fratres ſuos, ſicut Priores Conuen tuales, & Guardiani. Et Iulius. 2. idem con-ceſsit. Et frater Emanuel. Tom. 1. q. 20. ar. 2. dicit, quæ quidem nimis magna conceſsio eſt. Inquacunq; enim diſpenſandi conceſsio

ne